

Tartari depurati unciam dimidiam . p. 4.
Fit pulvis.

PULVIS SENNAE COMPOSITUS.

Rec. *Scammonii aleppensis* drachmas duas, p. 1.
Sennae alexandrinae unciam dimidiam, p. 2.
Tartari depurati unciam p. 4.
Fit pulvis.

PULVIS TARTARI COMPOSITUS.

Pulvis dentifricius.

Rec. *Coccionellæ*, cum guttis aliquot *Succi Citri*
tritæ, drachmam, p. 1.
Iridis florentinae radices,
Myrrhæ electæ,
Kino, singulorum unciam, p. 8.
Tartari depurati uncias tres p. 24.
Fit pulvis, cujus, quum ex præscripto datur,
unciæ cuique admiscendæ sunt
Ætherolei Caryophyllorum guttæ quattuor.

QUERCITANNAS PLUMBICUS.

Rec. *Quercus corticis* contusi uncias sex . . p. 1.
Fit cum

Aquæ destillatæ sufficiente quantitate decoctum librarum quattuor et semis (p. 7), cui inter agitandum instillatur

Solutio Subacetatis plumbici,
quamdiu præcipitatum prodeat, quod, colo collectum et Aquâ destillatâ elotum, in lagenam amplioris orificii etiamnunc humidum inditur. Deinde affunditur

Chagarfayrad elyoxid.

Spiritus diluti tantum,
ut is non nihil superemineat, clauditurque lagena.

SAL CORNUS CERVI.

Subcarbonas ammonicum empyreumaticum.

Sal, quod una cum Liquore Cornus Cervi prodit, cum *Carbonis vegetabilis præparati* quarta parte commiscetur, et, in apparatu idoneo, igne lenissimo sublimatur.

Servatur loco obscuro in vase bene clauso.

SAPO AMMONIACATUS.

Emplastrum Saponis ammoniaci.

Rec. *Salis ammoniaci depurati* in pulverem reducti,

Saponis viridis, singulorum partes æquales.
Miscentur.

SAPO AMYGDALINUS.

Sapo medicatus.

Rec. *Sodæ depuratæ crystallisatæ* libram, p. 3.

Aquæ destillatæ libras quinque . . . p. 15.

Fit solutio, quæ cum *Calce usta*, in hydratem conversa, caustica redditur, ut ad Solutionem Hydratis kalici præceptum est. Liquor causticus, subsidendo in vase clauso depuratus, evaporat, donec pondus specificum 1.33 habeat.

Liquori frigefacto in vase figulino admiscentur

Olei Amygdalarum uncia quattuor . p. 1.

Seponitur vas loco temperato, et massa per vices agitur spathulâ ligneâ, donec homoge-

Hydratæ Natron.